theologi fundant/ q̃ nec fidei nec sensui litterali scripture subesse potest falsuz. Alioquin nihil auctoritatis ad credendum/nihil roboris ad persuadendũ sibi subsistere. Est autẽ sensus litteralis nõ soluz grãmaticalis/sed nec stricte logicalis. Ueruz ille quẽ spiritussanct⁹ principaliter intendebat. qui ex circũstantia littere cũ causis dicendi ⁊ modis exponendi magis patet. Unde generaliter in parabolicis locutionib⁹ sensus litteralis est: nõ qui p ꝟba sed p res ⁊ facta designatur/ vt de lignis cõstituentib⁹ sibi regem ⁊c. Porro donũ discretionis spirituũ/quãdoq̃ datur ad priuatam instructionẽ recipientis: quasi priuata lex. De qua canon tradit eos qui priuata lege ducunt generali nõ teneri. Est autem operatio sua facere quodã intimo sapore cũ illustratione certa: cognitã esse veritatem. Exemplũ de Monica matre sancti augustini/ ꝓm relationẽ eius in confessionibus. Datur aliquãdo discretio spirituum principaliter ad edificationez eccle/sie: sicut ⁊ donum ꝓphetie. vel linguarum vel gratia sanitatũ cum similibus Et hoc repitur in reprobis ꝓm apostolũ ⁊ euãgelium. Quibus si semper ⁊ quomõ credere debeant fideles: grandis questio est. Quã videtur sũmatim absoluere canon dicẽs. Nemini dicenti se missum desuper: oportere credi: nisi de sua doceat missiõe: exemplo Jobannis baptiste. ¶ Juxta qd̃ sumitur prima veritas. Q̃z habendi sunt suspecti vel nõ statim admittendi in doctrinis suis/ maxime si sint extranei. tales qui se dicũt discretõez ⁊ visiõez spirituũ: dono sanctispirit⁹ possidere. Alioq̃n q̃ cito credunt leues sunt corde: ⁊ faciles ad errorez Quid fiet igitur. Certe iudicium expectabitur ꝓm p̃missos quinq̃ gradus examinandi doctrinas ab infimo vsq̃ tandẽ ad supremũ. Quod est conciliũ si res apparuerit prioribⁿ ambigua. ⁊ vrgens decisio reputetur ¶ Altera veritas. nemo facile debet estimare se priuata lege moueri. q̃n humano se paratus sit subdere parereq̃ iudicio. quoniã nõ est dissensionis de⁹. Neq̃ formidet/ qui huiusmodi est: si cuz vera humilitate cõsilium querit alienum: se p̃ pterea decipiẽdum. vel a spiritu sancto deserendum. exemplo predicatoris nr̃e etat̃ egregij magistri vincentij. ¶ Concludit domin⁹ Bonauentura pro p̃missis: vbi querit si quis possit excusari adorando diabolum ostendentẽ se vice christi. Q̃z neq̃ q̃z. Ratio. quia superest tali casu triplex remediũ. videlicet suspensio iudicij proprij petitio alieni consilij. aut tandez imploratio diuini auxilij. quod nõ deerit faciẽdo quod in se est primis duob⁹ modis. Exẽplo beatissimi martini. ⁊ aliorũ plurimorum. ¶ Obijcit idẽ Bonauentura de adoratione eucharistie quãdoq̃ nõ consecrate in manib⁹ sacerdotis. Respondet casuz istum cõmunẽ esse. qui semp implicitã habet conditiõem vl' presumptionẽ q̃ sacerdos fecerit ꝓm debitũ ecclie ritum: que cõditio nõ debet exprimi in adoratiõe. Saluatur tamẽ adoratio ne peccatũ sit ꝓpter morem fideliũ. Exempluz de adoratione imaginũ. Non sic de adoratione panis in mensa/ etiã si cõditio poneretur/ dicendo: adoro te si tu sis consecratus. Non enim sunt tales circũstantie prout in altari. ¶ Sumitur inde ꝓsequẽter cautela pro laicis circũstantib⁹ altari/ q̃ hostiam nõ adorent quãtũcũq̃ videatur in manib⁹ sacerdotis. nisi cum eleuatur ⁊ postmodũ. Sz nec sacerdos caute facit nõ abscondendo visionẽ a populo dum cõsecrat. Aut corrinarũ vsus deberet opponi Aut a circũitu altaris arcẽdi eẽnt alij/ maxie populares.

¶ Secũda pars principalis.

Prima consideratio

Attendendum est in examinatione doctrinarũ. Primo et principaliter si doctrina sit cõformis sacre scripture. taz in se q̃z in modi traditõe. Declaratur ex auctoritate beati Dyonisij dicentis in sentẽtia. Nihil audẽdum dicere de diuinis/ nisi que nobis a scriptura sancta tradita sunt. Cuius ratio est. quoniaz scriptura nobis tradita est tanq̃z regl'a sufficiens ⁊ infallibilis pro regimine toti⁹ ecclesiastici corpis/ ⁊ membrorũ vsq̃ in finẽ seculi. Est igitur talis ars. talis regula vel exemplar. cui se nõ conformãs alia doctrina. vel abijcienda est vt hereticalis. aut suspecta. aut imptinẽs ad religionẽ prorsus

est habēda: Hinc glosa quedā super illud Apparuerunt moyses ⁊ helyas loquētes cum eo: scilicet iesu in transfiguratione. Suspecta est omīs reuelatio quā nō confirmat lex ⁊ prophete cuz euangelio. Que tria significant moyses helyas et christus Alioquin delusiones demonum. aut potius proprij capitis fantasiationes/ q̃ reuelationes habeantur. Talibus ideotis obijciatur illud christi. Erratis nesciētes scripturas ¶ At vero dicet aliquis. Ecce q̃ a principio et vsqz nunc/ doctrine salubres tam verbis q̃z scriptis inserte sunt quas scriptura sacra nō continet. Immo cōtinet respōdemus/ fm aliquem graduz veritatum catholicarum. quos gradus q̃ niam alibi explicauimus breuitas hic nō apponit ¶ Queret alius quid sibi vult finis huius cōsideratiōis loquēs de modo traditionis scripture Nūquid potest alia salubris doctrina taliter tradi q̃ redderetur inepta ⁊ nociua. Potest vtiqz. Ponit ad presens exemplū de doctrina raymundi lulli que quidē alta ⁊ vera ⁊ copiosa multa continet/ nō tamē in multis absqz ponibili calumnia/ de quibus nihil ad presens Hoc vnum placet inserere temptibus nostris in sacra theologie facultate parisius institutū. Habet ipse lulli modū traditionis specialem/ sub magnis voluminibus ad certa nomina/ ad caracteres/ ⁊ figuras. Sensit eadem facultas nōnullos de suis suppositis. vt proni sumus ad nouitates. velle traditionē huiusmodi multiplicare p studiū. Nam ⁊ in arrogonia dicit edoceri. Constituit protinus statutū/ quod patribus carthusien. prope parisius significauit p litteram. habent enī copiam librorum dicti lulli. Quo statuto prohibebat omnib̄ suppositis suis/ ne derelinquētes modum doctrinalē sanctorū doctorum p ecclīam approbatoꝝ. ⁊ qui tent̄ est hactenus in sacra theologie facultate/ transiret ad nouam hanc fantasiandi curiositatem

F ¶ Elicitur ex his cum p̄cedentibus duplex cautela nedum pro examinatoribus sed receptoribus doctrinarū maxime religiosis. quos sua sancta nō dicam rusticitas/ cū hieronymo/ sed humilis ⁊ deo amabilis simplicitas/ cōmendat. Nam q̃ ambulat simplicit̄ ambulat ꝓfidenter. Simpliciter intellige nō ignoranter/ nō infantili sensu. nō negligenti. vel hebeti intellectu. sed absqz plica dolositat̄. verfutie. curiositatis superbie. Alioquin qui ignorat ignorabitur ¶ Prima cautela sit eis. nullam recipe doctrinaz absoluto iudicio. nisi altero ser modozū prime partis approbatam. ⁊ eo magis si sermo vel modus sit extraneus/ a cōmuni sermone doctorum. q̃uis sententie graues apparerent morales vel philosophice. Theologizat aliquādo demon: ait climacus: ⁊ patet in euāgelijs/ etiam coꝶ iesu quē tentare presumpsit ⁊ dicere. Scriptum est. Angelis suis mandauit de te ⁊c. nihilominus prohibuit christus. Cui paulus ⁊ alij se ꝓformant ne testimoniū quātūlibet in supficie veruz acciperetur a demoniacis vel phitonibus vel simulacris: ⁊ prophetis insanientibus vt sibille sunt/ ⁊ ventiloqui. cum ceter̄ magicis maledictis. Nam que cōmunicatio luc̄ ad tenebras: ⁊ christi ad belial. Ratio prima. quia sunt excōmunicati. ¶ Secūda. quia nullū verū bono fine dicūt. Tercia quia cōtinuo aut tandē falsitatez ingerunt. Et si mille premiserint ꝟitates. Nō est enim doctrina fallens que vera non misceat fm Bedā. ¶ Altera cautela est. Cōferre protinus doctrinā que terminos habet extraneos. vel sententias nouas ⁊ peregrinas. ad terminos doctorum cōmuniū ⁊ sententias eorum. Hoc christus contra diabolum egit. Hoc magnus antoni̇ docuit. Hoc paulus intellexit cū diceret ad discipulum. prophanas vocum nouitates deuita. Hoc Augustinus vob̄ inquit ad certam regulaz loqui fas est. Hoc Hieronymus. Ex verbis inquit inordinate p latis oritur heresis. Hoc serenissime custodiuit sacra theologie facultas pisien. Cuius vnum e multis sit hoc exemplū/ vnus licentiatus posuit in vesperijs. Q̃ pater erat causa filij. id est pater generat filium. Confestim oppressum est os eius/ neqz sibi permissum est talibus vti terminis. licet ostenderet exponendo se verum tenere sensum. Sic Augustinus loquens de sato iuxta philosophorum aliquorum verā sententiam/ q̃ deus erat fatum. Tene inquit sententiam: sed corrige linguam.

Secūda ꝓsideratio.

B Attendendum est in examinatiōe doctrinarum cuius sit ꝓditionis docens seu publicans siue scribēs

Declaratur quia nõ modicum refert ĩter doctum rei quaz loquitur ⁊ inter indoctũ inter senem ⁊ iuuenem/inter morigeratuz ⁊ dissolutum. inter homĩem boni naturalis iudicij ⁊ patiẽtem in cerebro vl' imprudentem. Demum inter virũ et mulierem. Fuit Galienus in arte sua peritissim⁹ medicine. Demini dum puerulus studerez in artibus ip̃m irrisum: quia posuit quartam figurã in silogismis. Mittit inquiũt falcem suã in messem alienam. quia nõ logicus sed medicus est. Loquitur aduersus eundem rabbi moyses medic⁹. Quia p̃sumens de sciẽtia medicine. p̃sumpsit cõsequẽter de multis: tanq̃ illa sicut medicinam cognosceret/in quibus turpiter ip̃m errasse notauit. Et hic error familiarꝫ ad modum sapiẽtibus huius seculi/qui duz se vident honorari pro aliqua scientia. sit legum. sit canonũ. sit industrie mundialis laxant faciliter ora de sermonib⁹ quos nesciunt. vt de theologia/quasi verecũdarentur aliquid ignorare Aut aliquãdo maiori dementia/que nõ cognoscũt in se. despiciunt in alijs tanq̃ supuacua ⁊ noxia/ne videantur ea que sunt vtilia/nequaq̃ cognoscere. Quãto cõsultius iubet sapiens Prudentie tue pone modum. quoniã magna pars sciẽtie est. dicit hieronymus scire quid nescis. Magne demum modestie taliter agnoscere. ¶ Porro differentie patent relique. De senibus expertis. quibus ideo est sapiẽtia. De bene morigeratis q̃si humilibus. De naturaliter prudentibus respectu iuuenum. quos ait Aristoteles. nullus eligit/cum cõstet eos nõ esse prudẽtes propter inexperientiam. Respectu q̃z maliuoloꝝ q̃s excecat malicia. Respectu deniq̃ melancolicorum/qui seip̃os regere vel propriam domũ nesciũt/desipiẽtes in manifestis ¶ Postremo sexus muliebris ab apostolica prohibet auctoritate. ne palam doceat. doctrinam intellige seu verbo seu scripto/nomĩe suo publicatam/maxime si fuerit ad viros. nec qualescũq̃ sed sapientes sed eruditos sed status in deuotione vel religione p̃cellentis. Sentẽtia est Gregorij/presumptiõem esse/velle docere sanctiorem doctioremq̃. Culpat Hieronymus eos qui discũt (prohpudor) a feminis qd̃ viros doceãt. Quid si talis sexus apposuerit ambulare in magnis ⁊ mirabilibus sup̃ se. visiones quotidie sup̃ visiones addere. lesiones quoq̃ cerebri p̃ epilẽtiam vel congelatiõem. aut aliaz melancolie speciem/ad miraculũ referre. Nihil deniq̃ dicere nisi vice dei. sine medio reuelãtis. Appellare sacerdotes dei filios suos. docere eos professionem suam in qua nutriuntur assidue/qualiter obedire sup̃ioribus deberẽt etiam vbi diabolus eẽt incarnatus. Q, si dolent in aduersis pro sensualitatꝫ amore/ sunt imperfecti. cũ nec paulus nec maria ĩmo nec christus haud dubie perfectissimi fuerint doloris expertes ĩmo si desunt pene sensus. qualis erit patientie virtus. Dicit altera se annihilataz fuisse pro morula temporis. Alteta q̃ mirabiliori vniõe deus vniebatur sibi/q̃ humanitati suscepte christus iũgebatur. cuz talibus sine numero/que nec magnis voluminibus plene referẽtur. aut relate conuincerẽtur p̃ singula. Dictum est grauiter a poeta. varium ⁊ mutabile semper femina. Quales describens apostolus vitare docuit curiosas ⁊ verbosas ductas varijs desiderijs. Et ve parẽti nostre prime. que primo verbo sup̃ relatione diuini p̃ceptibis mẽtita est Precepit inquit deus ne comederemus/⁊ ne tangeremus. hoc addidit ne tangeremus. sequitur ne forte moriamur. Ecce incertuz retulit qd̃ erat certissimum. ¶ Neq̃ tamẽ ista dicẽtes derogamus gratie dei/neq̃ mulieruz quas elegit priuilegiate sanctitati. sed nobis vigilandum est aduersus astutias diaboli iam ab initio ceptas. ¶ Et cautela duplex inter alia sumẽda est. Prima om̃is doctrĩa mulierum maxime solennis verbo vl' scripto reputanda est suspecta/nisi prius fuerit altero sex modoruz quos prima pars refert diligẽter examinata/ ⁊ multo amplius q̃ in doctrina virorum. Cur ita. Patet ratio. Quia lex cõmunis nec qualiscũq̃. sed diuina tales arcet. Quare. Quia leui⁹ seductibiles. quia pertinacius seductrices. quia non constat eas esse sapientie diuine cognitrices. Aliud quoq̃ est garrire que venerint ad fantasiam. Aliud de scripturꝫ sanctis proferre sermonem. istud cum artis stabilitate subsistit. Aliud dilabitur sine firmitate. Ubi sunt scripta tot deuotissimarum eruditissimarumq̃ feminarum sicut paule sicut eustochium. Certe nulla sup̃sunt. quia nulla presumpserũt ¶ Secũda cautela que tacta est. Cõferat statim

Virgilius

doctrina ꝑ singulas sententias ⁊ verba/si sit conformis ad doctores approbatos/⁊ si sic/quid addit ad illos in pondere sentẽtiarum. vel religionis edificatione pensetꝫ Sunt enim doctrine quedam habentes folia verborũ q̃i speciosissima. que si discutiantur inueniuntur similes ficulnee/cui maledixit dominus. quia sunt sine fructu aut pro fructu reddunt instar pomorũ zodome solum cinerez. quo turbatur sensus nõ reficitur affectus. nec tandez illuminatur intellectus. ¶ Notetur ad extremum q̃ sancti prophete/⁊ doctores iam vniuersaliter approbati/recipiunt in suis verbis obscuris vel ambiguis interpretationem qualis non debetur nouellis prophetantibus de corde suo/aut prius q̃ constiterit quasi de suo/q̃uis diuino.

Tercia consideratio

Attendendum est in examinatione doctrinarum/cuius conditionis sunt huiusmodi doctrinas vel audientes/vl' conducẽtes/vel recipientes. Dixit sapiens de principe/id quod ad om̃s trahi potest. Qui libenter audit verba mendacij/ omnes ministros habet impios. Quid nempe est efficatius ad corrumpẽdã om̃em doctrinã/quam adulatio subdola. vel consulentiũ. vel conscribentium. vel audientium. vl' recipientium/cũ indiscreta laude ⁊ ĩexaminata gloria/simul cum admiratione. O q̃tiens vidimus impletum illud comici de adulatore/hic profecto ex stultis insanos facit. Quod in de amicicia vetuit cicero: dicens hoĩes adulationis impletos vento sibi sumere species improbissimas vel errore suo fundatas/vnde nihil supest ip̃is nisi discrimen et perditio/ dum tales hi se reputant quales audiunt/ doctos. sapientes. deuotos. eloquentes. Quo ꝯtra nihil est optabilius ad virtutem humilem/q̃ libenter nedum audire. sed inquirere diligẽter. qui dicat ei cum omni libertate veritatem. Sint in exemplum nobis lucifer cũ angelis suis. quos quid aliud q̃ propria fefellit adulatio. Sint homĩes qui se tanq̃ deos hac tracti vesania/coli iusserũt extorseruntq̃. ¶ At vero quid ad rem spectat que nũc agitur queret aliquis. Multum certe per omnem modum/quod sub cautela duplici notabim⁹ ¶ Sicut nullum habet vir vel mulier efficacius apud se remedium pro delusionibus euitandis quam eas cum humilitate sedula fugere. nec q̃rere per miracula/vel reuelatiões regi/spreto humano sapientum concilio. sic aliorum respectu nihil fugibilius habere debet/q̃ adulationem indoctoruz vl' prauorum/nihil quoq̃ desiderabilius q̃ herere comitibus. sint confessores. sint alij. qui sine plica dolositatis ingerũt assidue simpliciter ⁊ humiliter sapere. Talem habuisse beatum Bernardum fratrem suuz gerardum referunt. qui nec in manifestis signis applaudebat beato bernardo. Sz cum aspernatiõis cachinno reijciebat. nõ ad nequiciam proteruam. sed humilitatẽ piam agens. Sunt confessores qui de nõ nullis quos vel quas audiunt. verba faciunt in bonum. O q̃ pura mens/ q̃ ĩtegra q̃ sine mortali delicto. Essem talis vtinã cum mei similibus. nõ aduertentes qui taliter agunt se ꝑ indirectum culpare reliq̃s confitentes eis. quos nõ ita predicant/simul ⁊ occasionem dant suis laudibus. nõ qualitercunq̃: sed in confessione mentiendi. Esset hic habẽdus sermo latior. presertim in materia canonisatiõis ⁊ testificationis sumpte ꝑ confessores. Sed sup̃ his ⁊ alijs particularior erit inquisitio facienda/duz modus exemplaris/id est per narrationes exemploruz tractabitur ¶ Sequitur altera cautela pro prelatis: ⁊ specialiter doctoribus/apud inferiores presertim ideotas/ac sine litteris mulierculas. Caueant qui dati sunt in regimen ⁊ exemplum/ne leuiter suis verbis aut factis approbent doctrinas earum/vl' miracl'a seu visiones insolitas/ip̃is maxime scientib⁹/seu coraz eis. Nulla plane posset altera dari talibus ad fingendum fortior occasio. Experti pluries loquimur. ⁊ Gregorius xi. testis fuit idoneus/ sed tardus nimis. hic positus in extremis habens in manibus sacrum christi corpus. protestat⁹ est coram omnibus vt cauerent ab homĩbus siue viris siue mulierib⁹/sub specie religionis loquẽtibus visiones sui capitis. quia ꝑ tales ip̃e seductus. dimisso suoruz rationali cõcilio/se traxerat ⁊ eccl'iaz ad discrimen scismatis imminẽtis/nisi misericors ꝓuideret sponsus iesus/qđ horrendus vsq̃ huc nimis heu patefecit euentus ⁊c̃.

Hic papa cũ eẽt ĩ auinione ꝑ Katherinaꝫ de senis inductꝰ est q̃liter se romã trãsferret. cardinalibꝫ ⁊ ceterꝫ dissuadẽtibꝫ. Quo cũ veniret circa dimidiũ annũ obijt. Extũc cepit scisma qđ circa. xl. annos durauit vrbano. vi. ⁊ suis successoribꝫ in roma videlicet. bonifacio. ix. innocẽtio. vij. gregorio. xij. alexãdro. v. iohãne. xxiij. ⁊ martino. v. vsq̃ ad ꝯciliũ Constatieñ. In auinione vero clemẽte. vij. ⁊ bñdicto. xiij. qui ⁊ petrꝰ de luna electis. Hoc cancellarius nõ ponit nec vsq̃ eã nomĩat. Sꝫ dñs stephanꝰ olim prior carthusie in seits/ postea papie/ asserit ꝓpria manu ex Katherine ꝓprio ore/ easdẽ lr̃as scripsisse ad papã ⁊c̃.

Quarta cõsideratio

K Attendenduꝫ est quis finis sit huiusmodi publicationis doctrinarum/ ꝑm alterum triuꝫ finium qui sunt bonum honorabile/ vtile/ delectabile. Et primo de honorabili vt de fastu describens Augꝰ. hereticum dicit eum esse/ qui alicuius temporalis cõmodi ⁊ maxime glorie. principatusq̃ sui gratia/ falsas ⁊ nouas opiniones vl' gignit vel sequitur. Notat summa de vitijs ⁊ virtutibus in tractatu de fide/ causas octo confectiõis heresuꝫ. Remittamꝰ ad illam/ quã libenter hic ⁊ alibi cõmemoramus summã/ quoniã ex optimis vndecunq̃ collecta est. Cuius auctor contemporaneus satis fuit Guilhelmo parisieñ. ⁊ sancto thome/ vir sine gradu/ de conuentu predicatorũ lugduneñ. Hic nihil in cõpilatiõe de fantasia ꝓprij capitꝫ/ sed de cõmuni aceruo scripturaꝝ doctrinaꝫ nectit. Qui si comparent̃ nouelle visiões nostrarũ vl' nostroꝝ/ o sapiẽtissime deꝰ/ q̃ntũ solidiores. nõ vmbratiles inuenirent̃/ ab eis tñ quibꝫ aduersus sapientꝫ ꝯciliũ non est ꝑsuasum/ q̃ aque furtiue dulciores sunt/ ⁊ panis absconsus suauior. quiq̃ magis ea mirant̃. q̃ vel nõ intelligunt/ vl' insolita sunt/ sepatũ volẽtes hr̃e ꝯuiuiũ/ sil'es atheniensibꝫ volentes semꝑ audire aliq̃d noui prurientes auribꝫ. ¶ Quo ꝯtra sit cautela duplex. Ruminet assidue docẽs vl' scribens/ vl' studens/ q̃s suus sit finis intentꝰ Pauci sunt admodũ: q̃ nõ rñdeant vt tandem saluꝰ fiam. Sed sepe sub generalitate mentit̃ iniquitas sibi/ dũ ad ꝑticulares ⁊ ꝓxios venit̃ fines: ⁊ sub negocio caritatꝫ agit̃ negociũ vanitatꝫ. Tentationẽ suꝑbie reputauit Augꝰ. iõ difficile cognoscibileꝫ qꝛ nõ habet hõ fas experiri/ quẽadmoduꝫ paratꝰ est gl'aꝫ ꝯtẽnere. sicut nõ est fas homini male viuere ne laudetur. Accipiebat aũt sibi q̃dã nr̃i tꝑis signũ tale. Querebat a seipõ corã deo de doctrinis ꝓprijs/ q̃s vl' ex officio/ vl' ꝑ laudabili ꝯtra ociũ iners exercitio/ vl' ꝑ q̃siti distributiõe talenti: vl' ꝑ tꝑis necessitate scribebat. Ecce ꝑuet̃ integra tibi merces: ait: a dño. ꝯseruet̃ ⁊ aliunde sua ꝓximis tuis edificatio: ꝑ alienã doctrinã: seu ꝑ tuã/ velut alienã/ q̃si mortuus sis a corde. q̃d rñdes. Nũq̃d nõ adhuc in publicũ prodire tua cuperes scripta. Si tandẽ ĩueniebat ĩ ꝯscie serenitate/ q̃ equo anĩo celari scripta sua tali casu vellet. gratias agebat deo. tanq̃ excussus a palea vanitatis. Sinautez/ gemebat sub pondere gloriatiõis vane. Quesiti fuerũt a btõ gregorio libri sui. Remisit ad libros augustini/ suadẽs in illis potiꝰ exerceri. ¶ Altera cautela suadet hr̃e promptitudinẽ. q̃ doctrĩe q̃s aliq̃s legit/ aut studꝫ/ aut scribit/ publicũ subeant examen/ ⁊ potiꝰ ĩ vita q̃ post mortẽ. vt si q̃d erroris deꝑhensuꝫ fuerit corrigat viuẽs. Sonant hãc promptitudinẽ/ ꝓtestatiões fieri solite in actibꝫ sacre theologie publicꝫ. Hoc intẽdebat q̃ dixit. hereticare potero. sed hereticꝰ nõ ero. Quare. Quia nemo nisi ꝑtinax hereticus est. Nemo q̃ꝫ ꝑatus corrigi ꝑtinax est. Respicit hec cautela venerabilẽ ⁊ deo sacratũ pr̃eꝫ. cuiꝰ occasiõe sũptũ est ꝑsens opusculum. q̃ libros alios sui tꝑis nouellos: voluit examen hr̃e. Respicit ⁊ oñs in cõmuni doctores. q̃tinꝰ ea studiositate doctrinas cõponãt suas/ tanq̃ ꝓtinꝰ interrogãdas ab oĩbꝫ. Fuit iste vt arbitror nõ ꝑuus stimulꝰ btõ hieronymo. q̃ se tot aspiciebat habere obseruatores ⁊ emulos. vt q̃ optime scriberet: vel transferret.

Quinta cõsideratio

Attendendũ est in examĩatione doctrinaꝝ de fine. Si sit ad cõmodũ tꝑale vl' questũ. Dici nõ L
posset q̃ mẽdax est cupiditas/ nec diuinis ꝑcit nec hũanis. Hoc ĩ aduocatꝫ pl'ibꝫ eruditꝫ ad mẽdaciũ q̃libet in cã. Hoc ĩ doctrinis vsurarioꝝ ⁊ symoniacorũ. Hoc ĩ q̃storibꝫ publicꝫ suꝑ cõfictõe miraculorũ vel reliquiarũ/ vel indulgentiaꝝ

Nec heu doloroſius/quo pnitioſi⁹ ⁊ indi
gnius/in pdicatoribꝫ nõnullis ad ppl'm/
ſuas vltra modũ ꝓceſſiones/ et priuilegia
dignitates piudicialiť amplificãtibꝫ/ vbi
quoqꝫ crebro videre miſerabiliter eſt/quẽ
admodũ ſathanas in ſe diuiſus eſt/habẽt
doctrinas ſuas ſuorũqꝫ/mutuo pferũt/ex
altant/p fas nefaſqꝫ defendũt. Ac proinde
quot in fide.quot in bonis moribꝫ ſcanda
la.quot errores/etiã circa nob naturaliter
impreſſa prima legis principia viderit etas
noſtra. Plangere nũc magis q̃ꝫ in mediꝫ
reducere libet:duplicẽqꝫ notare cautelam

¶ Prima ꝓſulit ſimplicitati deuotorꝫ:q̃/
rum nõ intereſt curioſos eſſe ſup intentio
nibꝫ occultis ſcribentiũ/quatin⁹ expeditã
regiãqꝫ viam incedãt/legendo ſcripturas
quas ſciũt ab eccl'ia tota receptas.qualeſ
vtiqꝫ ſufficiũt. Aut ſi pro dubiorũ deciſio
ne nõnunq̃ꝫ occurrentiũ/habendũ ſit cõſi
lium.queranť ab illis tales / quos minus
eſt probabile.fauore vel odio:queſtu vl' fa
ſtu trahi.q̃les ſunt iam mortui/ viuentes
in ſcriptis ſuis/ſi materiã que q̃riť attige/
rint. Si pterea fuerint in illa tam intenti
q̃ꝫ experti. Multi nimirũ multa ſcribunt
velut in tranſcurſu/multa q̃ñqꝫ non ſatis
ad ſuam ſpectantia facultatẽ/ vt ſi theolo
gus purus vellet de punctis exquiſitis ca/
nonũ ſta de apicibus theologie declarãdis ferre
ſententiaꝫ. Cuilibet in arte ſua potior eſt
danda fides.ſi nõ.alia ratione pactum vt
aiunt reformetur.q̃ medicorũ eſt promit
tũt medici:tractãt fabrilia fabri: refert ab
Oracio hieronym⁹. ¶ Grandis aũt conq̃
ſitio caderet hic de doctrinarũ hereticaliũ
cognitoribꝫ atqꝫ iudicibꝫ/qualis ſit apti/
or ſcientia. Hunq̃d theologica vel canoni
ca. Sed diſtinctio ꝓcordiã facit/que ſuuꝫ
cuilibet tribuit officiũ theologo de veri/
tate catholica/aut oppoſita hereſi.iuriſte
de penis ⁊ modo iudicij confert ptes ſuaſ
Cui⁹ declarationẽ alibi traditã/hic nõ in
ſerimus/ſecũdã ilico cõponẽtes cautelaꝫ

¶ Prouidendũ eſt ſedulo p rectores chri
ſtianitatis/ne ſtudiũ theologie veritatis de/
pereat:ſꝫ alicubi reſideat velut ĩ fonte. Al/
lioquin timendũ eſt ne ſupſeminent here
ſum zizania/ppter varietatẽ tot capitum
tot inſup paſſionũ diuerſarũ. vnde multi/
plicatio ſequiť iudicioꝝ/ vbi ſi deſit recur
ſus ad theologos nõ deprauatos: ⁊ ĩ vnũ
collectos.quis oro puidebit. Si diterit
aliquis fiet recurſus ad ſedẽ ⁊ curiã ſum/
mi pontificis. Nõ negabim⁹ hoc ſi theo/
logia illic habuerit ſuos doctores/nõ pti
ales.nõ ſeductos.nõ faſtuoſos.nõ queſtu
oſos.aut inuidos.non ptãti ſeculari.non
ſpũali plus q̃ꝫ veritati fauẽtes. Alioquin
tolerabili⁹ eſſet nullos habere q̃ꝫ tales pa
ti. Acclamãtes hic ⁊ deridẽtes nouimus
hic de ſatrapis eccl'iarũ. Quid nobis ⁊ ec/
cleſie de theologis. Nã p quos alios here
ſes oriunť ⁊ orte ſunt:certe p eis ſil'es quo
tidie.⁊ ſi nõ in pdicatione ſaltem in vbis
domeſticis ⁊ opatione. Sed eſto pueniãt
hereſes p theologos deprauatos.nõ enim
theologia ſicut nec canonica ſcientia con/
firmat hominẽ in veritate. Hunq̃d eo ca/
ſu plus eniti cõuenit ſuſcitare cõtra tales
reprobos ⁊ noxios/ plures alios potẽtes
obſiſtere ſuis hereſibꝫ palliatis/quas ſoli
theologi vel deꝑhenderevel cõuincere ſuf
ficiunt. Illi vero culpanť rationabiliť.he
reſes introducere/q̃ ex officio reſiſtere de/
bentes:facti ſunt ſpeculatores ceci.canes
muti.naute ſtulti nauẽ eccleſie naufragũs
oibus exponẽtes:quã regere nec ſciũt nec
volunt. Scientibuſ denicqꝫ.volentibuſqꝫ
ſuccurrere.viã claudunt.ipos abũciunt.
infamant.ſpernunt.

Sexta conſideratio

Attendendũ eſt in examinatiõe doctrinarum de fine. Si ſit bo
nuꝫ delectabile/ vel carnale ſeu
ſpũalis luxus. Et ſicut mani/
feſtum eſt q̃ omnis excellens affectio tra/
hit ad ſe iudiciũ rationis. Veruntamẽ ſi/
cut nulla eſt vehemẽtior q̃ꝫ luxurioſa libi
do.ſic ad errandum falſumqꝫ docendum
nulla pnitioſior. Patuit in ſectis turelipi
norum/q̃ꝫ ſequaces nõ deſunt vſqꝫ hodie
qũ ⁊ vbi latere putauerint/ ſerpũt vbilibꝫ
Epicurei ſub tunica chriſti.qui mulierca
lis primo deuotionẽ fingentes ſpẽ tenus
paulatim eis fidem tanq̃ꝫ lumen ⁊ oculos
tollere querunt/quatenus eas licenti⁹ ad
deſideria ſua maligna proſtituãt. Non eſt
noſtrum ſeditates horrẽdas detegere.ꝓſi/
derantes illud apoſtoli. Que in occulto fi
unt ab eis turpe eſt dicere. Porro lux⁹ ſpi
ritualis accipitur omis curioſitas impro

ba sciendi. que nõ oportz/ vl' plus q̃ oportet/ iuxta ꝑsone qualitatẽ. ¶ Sit igit̃ prima cautela. nõ plus sape velle q̃ oportet sed ad sobrietatem. quia nõ om̃ibus om̃s doctrine cõueniũt Sed studentibus alia iubentur cognosci. que vel a religionũ ꝓfessoribus. vel ab homibus parũ idoneis ad apices doctrinarum sublimiũ/ ꝓhibentur. quibus lacte opus est nõ solido cibo. qui diligentius ad inflãmationẽ affectus piam ⁊ deuotam/ nutriẽdi sunt. q̃ intellectus eruditionẽ. Non ꝙ spernẽda sit intellectus seu ratiõis illuminatio. sine qua p̃ceps in seductiõis baratrũ. cecus iret affectus. sed curiositas in cõcessa sciendi sup̃ba vitetur. ¶ Unde generalem finalemq̃ statuimus cautelam. prepositum apostoli verbum. Doctrinis varijs ⁊ peregrinis nolite abduci. Quod vt prudẽti⁹ obs̃uari valeat nõ minimã dabũt premisse cõsiderationes occasionem. Juncta sedulitate solertiaq̃ superioris/ in om̃i collegio. vl' vniuersitate vel monasterio. Sed ꝓuiderint nõ minori solicitudine. quales apud suos doctrine frequẽtentur ad anĩe fomẽtum. q̃ panis qualis apponatur ad corporis nutrimẽtum ¶ Supersũt alia plurima eo fortassis accõmodatiora quo s̃mo de moralibus particulariter ⁊ exemplariter seu praticabiliter traditus ⁊ citius accipitur in estimatione. ⁊ plus heret ĩ recordatiua motiõe/ sed ad presens ista cursim dicta sufficiant.

Exemplum quoddã de seductione mulieris/ quod accidit Anno dñi. M.cccc.xxiiij.

Recitatus est nuper Lugduni gallie/ corã clero/ processus cuiusdam mulieris delate ⁊ detẽte Burgi in breyssia/ que est notabilis villa ducis sabaudie. Circa quaz est domus sellionis ordinis carthusiens̃. Hec mulier sub pallio deuotionis ⁊ reuelationum fingebat mirabilia. Astruebat enim se esse vnam de quinq̃ feminab⁹ missis a deo/ compassiue pro redimendis innumeris animabus de inferno. Et iã sua collusione subdola deceperat in religione illa q̃ plurimas simplices mulierculas. Sciebat videndo frontem peccata que fecerat vnusquisq̃. hoc enim s̃m Augusti. etiaz diaboli malicia scire potest et suis reuelare. nõ autem ea que futura sunt absolute. siue que in secreto cordis latẽt/ ⁊ nullo exteriori motu aut signo sese produnt. Habebat etiam supradicta mulier duos carbones in pede/ qui eaz afflixerant quotienscũq̃ aliqua anima ad infernum descendisset. Quotidie tres animas ab inferno liberauit. vnam vel duas sine difficultate. aliam seu alias cũ pena maiori. vt dicebat. Mentis quoq̃ excessus seu extaticos frequẽter habebat. in quibus mirabilia per reuelationem didicerat Eratq̃ mire abstinentie. singularissime etiam vite. Plura vero alia de ea scribenda forẽt Nuper autem cum spiritus almus sancte sue ecclesie/ rector verus/ vt creditur/ hũc spiritum falsuz detegere vellet. hec mulier capta. ⁊ penis vt torqueretur ẽ addicta. que om̃em veritatem ꝯfessa est. qualiter predicta cupiditatis occasione finxisset. vt hoc modo se nutriret/ ⁊ sue paupertati subueniret. Aut fortasse pro hmõi/ diabolo se miseram in famulã dedicauit. Inuẽta est insuper morbũ caducuz habere/ ac eundem sub extaticis excessib⁹ quos finxerat palliare. De qua cũ varia opinio eẽt an tãq̃ heretica ꝯdemnaretur. iudicatũ est a doctis ad penitentiã eam admittendã. nec esse hereticam/ qꝛ illa que fecerat dimisit. nec obstinata permansit.

¶ Finit tractatus de examinatione doctrinaꝝ quo ad primum modorum ĩ prohemio propositorum.

Sequuntur alique ꝯsideratiões q̃ ad tres modos reliquos.

Supererat ex q̃ttuor modis examinandi doctrĩas propositꝫ/ prosequi de tribus. Sed cur istud nõ sit ad noticiam deductũ tangunt consideratiões que sequũtur. ¶ Prima consideratio/ ꝙ in examinatione doctrinaꝝ non sp̃ expedit notificare ꝑticl'ares defect⁹/ q̃ repti sũt apud eos qui se alios docere iactabant Prio ne secretũ datũ a viuentib⁹ ⁊ notꝫ violet̃. Secũdo ne verꝫ doctrinis ⁊ canõicꝫ miracul' seu prophetijs apud simplices aut mali